

ut^{b)} eidem scripturarum testimonio succurratur, ne ea, que iuste ac racionabiliter per nos fiunt, processu temporis oblivionis caligine innoleantur^{c)}.²⁾ Notum igitur esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod principaliter propter deum et ad instanciam Gartolffi militis de Geiczle quatuor mansos ad proprietatem nostram spectantes, sitos in villa Webowe, quos de manu nostra in feodo tenuit idem miles et nobis multis presentibus libere resignavit, maiori ecclesie beati Laurentii in Merseburg cum omnibus pertinentibus, sicut habuit idem miles, iure proprietatis contulimus in perpetuum possidendos. Et hec fecimus de assensu filii nostri Alberti, cuius consensus affuit in hac parte. Ut autem huiusmodi donacio nostra in posterum inviolabilis perseveret, super ipsa dari iussimus in testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine ac sigillo eiusdem nostri filii roboratum. Datum Schoneberg anno domini M^oCC^oLVIII^o, III^o non. septembr., secunde indictionis. Huius autem rei testes sunt: venerabilis Th(eodericus) Nuemburgensis episcopus, Meinherus de Vizcenberc, Albertus dapifer noster de Burne, Rudolffus de Luppe, Wigandus de Herstein, Iohannes scriptor et alii quam plures.

189.

Markgraf (Heinrich von Meißen) teilt dem Erzbischof Gerhard (I.) von Mainz persönlich mit, dass es zur Zeit der Kirchweihen in Thüringen zum Schaden des Landes immer wieder zu Völlerei, Streit und sogar zu Totschlag unter Bürgern wie auch unter Adligen kommt.

(vor 1259 September 5)

Erwähnt in dem Schreiben Erzbischof Gerhards (I.) von Mainz an Klerus und Volk in den Archidiaconaten von St. Marien und St. Severi in Erfurt sowie von Jechaburg und (Ober-)Dorla von 1259 September 5, Erfurt; Original: Erfurt, Bistumsarchiv, St. Marien, Stift, Urk. I, Nr. 76 (A): ... Dilectis in Christo . . sancte Marie et . . sancti Severi Erfordensis, Iicheburgensis et Durlonensis archidiaconis, prelati, clero et populo per terminos eorundem archidiaconatum constitutis salutem in domino. Ad nostram pervenit audienciam et marchio princeps terre nobis personaliter intimare curavit, quod ex quadam antiqua mala consuetudine vel potius corruptela in anniversariis dedicationum ecclesiarum Thuringie victum longi temporis hora brevis consumit aliasque propter immoderatam commessionum ac potationum ingluviem, ebrietate madentibus populis, qui concurrunt, preter alia detestabilia, que contingunt, rixe, contentiones, immo nonnumquam homicidia perpetrantur; quare fiunt seditiones inter cives, discordie ac bella inter nobiles et magnates pro amicis vel hominibus suis lesis interesse proprium prosequentes ... Dat. Erfordie non. septembr. anno domini MCCLVIII. — Edition: Beyer, UB Stadt Erfurt I, S. 99 f., Nr. 171 aus A — Regest: Dobenecker III, S. 432, Nr. 2742.

Ob dem Schreiben des Mainzer Erzbischofs ein Schriftstück Markgraf Heinrichs von Meißen vorlag, in dem dieser auf die Missstände aufmerksam machte, ist fraglich, da

188. b) et B.

c) sic B, vielleicht verschrieben für involvantur oder involentur.

2) Die Arenga weist Übereinstimmungen mit den Arengen von Nr. 217 und 226 auf.